



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XVI. Peter, Bischof von Camin, verschreibt den Wohlthätern der  
Marienkirche zu Prenzlau einen Ablass, am 10. März 1297.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVI<sup>o</sup>., sexta feria ante Purificationem Virginis Gloriose, per manus Domini Zacharie, Notarii.

Aus Bestmann's Abschrift, einer Serie der Beesl. Bibl. J. F. 31, Blatt 19 u. 20 und Sect a. a. D. S. 160.

XVI. Peter, Bischof von Camin, verschreibt den Wohlthätern der Marienkirche zu Breslau einen Ablass, am 10. März 1297.

Frater Petrus, Dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus, univervis Christi fidelibus ad quos presens Scriptum peruenerit salutem in Domino. Cupientes Christi populum Deo reddere acceptabilem et indulgentiis quasi quibusdam muneribus allectum ad diuinum obsequium invitare, Omnibus igitur vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam gloriose virginis Marie in Primislavia nostre diocesis in festiuitatibus scilicet annunciationis beate Marie beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, ac Laurentii et katharine virginis, necnon et in dedicacione ipsius ecclesie causa deuotionis accesserint et deuotas oraciones dixerint, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer in Domino relaxamus. Datum Primzlawie, anno Domini Millefimo ducentesimo nonagesimo septimo, die Dominica qua cantatur Reminiscere.

Nach Bestmann's Abschrift des Originals.

XVII. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich verkaufen dem Dorfe Blingow einen See, am 5. Januar 1298.

Nos Otto, Conradus, Hinricus et Johannes, Dei gratia Brandenburgenses et de Landefberg Marchiones, univervis hanc literam visuris salutem cum plenitudine omnis boni, Recognoscimus tenore presentium publice protestando, quod Ville Blingow et Civibus ejusdem stagnum Blingowischense sursum descendendo cum omnibus utilitatibus suis attinentiis, videlicet lacubus, pratis, paludibus, graminibus, pascuis et in aliis fructibus, que Ror vocamus, cum aliis proventibus, que in suprascripto stagno poterunt inueniri usque ad situm Königistop, cum piscatura Concessimus et donauimus predictis Civibus nostris de Blingow libere et quiete perpetuis temporibus possidendum. Item predicti cives habebunt liberam facultatem obstacula tria construendi in medio flumine ipsius stagni, que Wer nuncupamus, sicut hactenus haberi consueverunt. Preterea ipsum stagnum vendidimus pro hereditate, sicut hactenus habuimus et sepe dictis civibus nostris contulimus pheidali jure ex integro et ex toto. Protestamur etiam publice, quod ordinationem super mensuratione campi Ville videlicet Blingow nuperrime factam ratam, et firmam volumus per-